



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 3. Regiones vrbis 14.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

ria. Plinius ei tribuit **xiiii.** Mil. Pas. & ducentos; emendant Lipsius & Cluverius M. **xxiiii** & 200. Notat tamen Plinius si habeatur ratio suburbiorum excurrere ad **LXX.** M. Pas. vel ut alij emendant **lxv.** M. P. Dionys. autem lib. 4. ait non facile dignosci posse quo usque se extendat, aut ubi definat; certè ad usque Ostia procurrisse domos notat Lipsius; & Suetonius ait Neronem cogitasse Pomœrium urbis Ostia transferre, at 16. Mil. Pas distant ab urbe. Vopiscus denique in Aureliano ait eum sic muros urbis amplificasse, ut 50. propè Millia Passuum continerent.

NVM. 3. *Regiones urbis XIV.*

*Prima:* Porta Capena dicta, in quâ Almo Fl. *Aqua Crabra.*

*Secunda:* Cœlimontium, ubi Suburra.

*Tertia:* Isidis & Serapidis Moneta, ubi Carinæ, & Amphitheatum Vespasiani.

*Quarta:* Via sacra, seu Templi pacis, ubi via sacra.

*Quinta:* Esquilina, ubi Castra Prætoria, & domus Meccenatis.

*Sexta:* Alta semita, ubi Thermae Diocletiani, &c. item Constantini.

*Septima:* Via lata, ubi domus Martialis.

*Octaua:* Forum Romanum, ubi Capitolium, & Milliarium aureum, Templa Iani Gemini, Vestæ, &c. Asylum, &c. Fora Magnum seu Vetus, Cæfaris, & Augusti, Comitia, Rostra.

*Nona:* Circus Flaminius seu Campi Martij, ubi Pantheon Agrippæ, curia Pompeij.

*Decima:* Palatiū, ubi templa Iouis Statoris, & Apollinis Palatini.

*Vndecima:* Circus maximus, ubi Velabrum, Ara maxima seu Herculis.

*Duodecima:* Piscina publica, ubi ædes Bonæ Deæ Subsaxanæ.

*Decima-tertia:* Auentinus, ubi Scalæ Gemoniæ, ædes Bonæ Deæ in Auentino.

*Decima-quarta:* trans Tiberim, seu Transtiberina, ubi Tribunal Aurelium, & ubi Iudæi habitauere.

